

Anni Mogolen- fes	Anni Christiani	Anni Mahometani	A. C. correct.	Ann. Mah. correct.
Mus	1369	771	1372	773
Bos	1370	772	1373	774
Leopardus	1371	773	1374	775
Lepus	1372	774	1375	776
Crocodilus	1373	775	1376	777
Serpens	1374	776	1377	778
Equus	1375	777	1378	779
Ovis	1376	778	1379	780
Simia	1377	779	1380	781
Gallina	1378	780	1381	782
Canis	1379	781	1382	783
Porcus	1380	782	1383	784
				785

Hic error reperitur trium annorum, cum primus annus Cycli Anno 1369. post Christum respondere supponatur, qui tamen respondet anno 1372. Porro singuli anni Mahometani singulis annis Tartaricis & Christianis respondere supponuntur, quod tamen ita se non habet. Nam quia in his annis, Anni Arabici initium ceperunt æstivo tempore, eorum initium in alium annum cadit, ac eorum finis. Ex. gr. Annus Arabicus sive Mahometanus 774. incipit Anno Christi 1372. circa Initium Julii, & desinit Anno 1373. mense Junio.

Sed neque in ipsa Historia Timur-Begi anni diversarum Epocharum ita inter se connectuntur, ut vult Tabella in præfatione. Ex gr. Tomo I. Libro II. Cap. I. p. 203. ubi de Coronatione Timur-Begi, & ejus Elevatione in Thronum Imperii *Zagatai* agitur, narrantur hæc solemnitas facta, Anno *Canis*, id est anno 11. Cycli, qui respondit anno *Hegiræ* 771. mense *Ramadan*. Appositus est in margine Annus Christi 1369. In tabella hi anni, Christi & *Hegiræ*, falsò alligati sunt anno *Muris* sive primo Cycli. Sed notandum, initium quidem anni 771. *Hegiræ* in annum Christi 1369 cadere; Cum vero non solum mentio fiat verni temporis, sed etiam